Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31650
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

culum pectoris. et crebro signaculo munias
frontē tuam. ne exterminator egipti in te
locum repperiat. Sed primogenita que apud
egiptios pereunt. in tua mente salventur.
et dicas cū ꝓpheta. Paratum cor meum deus
paratū cor meum. cantabo et psallam.
exurge gloria mea. exurge psalterium et
cythara. Quam assumere iubetur et tym
panum multis peccatorum uulneribus confossa.
ut agat penitentiā. et maculas pristine
feditatis cum petro amaris abluat lacri
mis. Uerum nos ignoremus penitentiā
ne facile peccemus. Illa quasi secunda post naufragium
fragium miseris tabula sit. in uirgine
integra seruetur nauis. Aliud est querere
quod perdideris. aliud possidere quod numquam
amiseris. Unde apostolus castigabat corpus
suum. et in seruitutem redigebat. ne aliis
predicans ipse reprobus inueniretur. corpusque
ex persona generis humani inflammatus ardo
ribus loquebatur. Miser ego homo. quis
me liberabit de corpore mortis huius. Et ru
rsum. Scio quia non habitat in me. hoc
est in carne mea bonū. Uelle enim ad
iacet mihi. ut faciam autem bonū nequaquam.
Neque enim quod uolo bonum. sed quod nolo ma
lum hoc facio. Et denuo. Qui in car
ne sunt deo placere non possunt. uos
autem non estis in carne sed in spiritu. si tamen spiritus
dei habitat in uobis. Post cogitationum
diligentissimam cautionē. ieiuniorum etiam
arma sumenda sunt. et canendū cum
david. Humiliaui in ieiunio animam meam.
et cinerem quasi panem manducaui. et cum
molesti erant mihi. induebar cilicio. Eua
per cibum eiecta est de paradiso. Helias

quadraginta dierū exercitatus ieiunio.
igneo curru raptus ad celum. Moyses xl
diebus ac noctibus familiaritate ac sermone
dei pascitur. in se uerissimū probat. non in
solo pane uiuit homo. sed in omni uerbo
dei. quod procedit ab ore dei. Saluator generis
humani qui a uirtutū et conuersationis
sue nobis omnibus exemplū reliquit. post bap
tismum statim assumitur a spiritu. ut pug
net contra diabolum. et oppressum eum atque
contritum tradat discipulis conculcandū.
Unde et apostolus loquitur. Deus autem conterat
satanan sub pedibus uestris uelociter. et tamen
antiquus hostis post quadraginta dierum
ieiunium per cibum molitur insidias. et
dicit. Si filius dei es. dic ut lapides isti pa
nes fiant. In lege moysi septimo mense post clangorem
tubarū decima die mensis. toti gentis
hebree ieiunium est. et exterminatur ani
ma illa de populo suo. que saturitatem pretu
lerit continentie. In iob scriptū est de dra
cone. Uirtus eius in lumbis illius. et fortitudo
illius super umbilicū uentris. Aduersum
iuuenes et puellas etatis ardore abutitur.
et inflammat rotam natiuitatis nostre. et
implet illud in osee. Omnes adulterantes
quasi clibanus corda eorum. que dei misericordia et ieiu
niorum frigore restringuntur. Hec sunt
ignea diaboli iacula. que simul et uul
nerant et inflammant. et a rege babylo
nico tribus pueris preparantur. qui succendit
fornacem xlviiii cubitorum habens. et ipse
septem ebdomades ad perditionem. quas dominus
obseruari iusserat ad salutem. Sed quomodo ibi
quartus speciem habens quasi filii hominis
inmensos mitigauit ardores. et inter cami

22